

BITVRICENSIS DUCATUS.

248

capiunt ab Turri, quam *Magnam* vocant. pergentes per medium D. Stephani Templum, Plateam D. Ioannis Campestris, portamque Gordianam usque ad Novam, cui olim ab S. Andrea nomine; inde per plateam Amphi theatri, vulgo *des Arenes*, se ad portam Turonensem extendit; hinc autem, porrecto ambitu versus portam D. Pauli, paullatim Turrim, quam dixi, repetunt. Postea prolati varie rotariis ita fuit haec Vrbs amplificata ab Carolo Magno & aliis; ut jam nunc cum maximis & munitissimis Galliae Civitatibus contendat; formam habens oblongam, amplissimam & spaciofissimam. Munita est octoginta editis crassisque *Turribus*. Inter eas principem tuerit locum quā antea *Magnam* dixi appellatam, vernacula *la Grosse Tour*; ab insolita crassitudine Minoribus undique *Turribus* Muroque & fossis profundissimis, Philippo II. Augusto Galliarum Rege circa annum cccxc curante, cincta: Forma est rotunda, magnæ altitudinis. Aliam omnino simile fuisse aiunt, sed dubitam, a binis *Turribus* *Biturigibus* nomen inditū fabulantes. Et laudat antiqui Grammatici carmē Calafineus

Turribus a binis, inde vocor Bituris.

Hæc talia patior aliis persuasa magis, quam mihi. Septemdecim hic sunt Ecclesiæ quas Collegiatæ vulgo vocant. Septendecim Parochie. Hæc urbs Archiepiscopali fulget Sede: sua floret Academia, cui nulla per totam Galliam par; Doctissimorum Virorum genitrix & Emporium. Viget in ea maxime Iurisprudentia, quam ibi professi sunt professores excellentissimi. Est autem Avarici, summum totius Ducatus Tribunal, cui presidet Monarcha Biturigum, qui vulgo *le Baily de Berry*. Ad hunc devolvuntur omnes appellations cum a Prætore Urbano, tum ab omnibus finitimarum aliorumque Territorii Bituricensis Locorum Magistratibus. Habet autem Præfectus Bituricensis sub se Metropolim ipsam *Avaricum* & v Diœceses *Yssoudū*, *Dun le Roy*, *Vierzon*, *Mehun*. Concessaque Metropoli ad consentur, Comitatus, *Sancerre*, & *S. Aignan*, Baronia *Montfaulcon*: Castellatia, fere XL. *Sancera* quidam arbitrantur dictam ab Cerere, quæ ibi culta perhibetur: tanquam *Sacrum vel Sacellum Cereris*. Doctiores Latine scribentes hujusmodi Etymologiæ versati *Xantodorum* vocant. Comitatus gaudet titulo, qui an. ccxv permutatus cum *Bellovacensi*. Arctissimam sustinuit Sancera obsidionem anno cccx LXXIII. famem passam sèvam, ut post devoratos avidè Canes, Feles, Equos, Gires, Mures, Talpas, post consumta, Cornua, Cornu Pergamenas & similia, ne excrementis quidem Carnibusque humanis fuerit parcitum. Parent ipsi Castellatia *Sancerges*, *Beaufeu*, *Chapelle d'Anguillon*, *le Chastel de Boncard*, *Falonges*, *Tarenay*, *Verdigny*, *Meneisme*, *Charentenay*, *Brie*, & aliae *S. Aignan* nomen habet ab *S. Aniano* Episcopo. Baronia *Montfaulcon* Latine sonans *Montem Falconis* complectitur Dominia *Baugy* & *Gion* item *la Fane*, *Lyvron*, *Cony*, *Villabon*, *Seury*, *Marcilly*, *Marnay*, *Farges*, *Avor*, *Saligny*, *Percigny*, *Cru*, *Lassax*, *Boisboson*, *Nuisement*, *Villiers*, *Compoz*. Castellatia denique non minantur